

χίρα adscripsit. Vbiq̄ue, inquit, Iovis voluntas etiam in tenebris atraque sorte conflictantibus lucet.

82. ἀσφαλὲς M. G. E. P. Rob. ἀσφαλῶς Turn.

85. κατειδεῖν M. G. unde κάτει δεῖν Ald. κατιδεῖν Rob. Turn.

86. δὲ ἀπιδῶν M. G. E. Rob. δὲ ἐπιδῶν P. Emendavi in Elem. doct. metr. p. 236.

88—92. Libri βίαν δ' οὐτιν' ἐξοπλίζει τὰν ἄπονον δαιμονίων. ἤμενον ἄνω (ita etiam M.) φρόνημά πως (φρόνημα πῶς Rob. φρονή- μάτως, sed το in π mutato G.) αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἐδράνων ἐφ' ἄγνων. Auratus οὐτις, credo ut ἐξοπλίζει significaret *armis exuit*, cuius significationis exemplum ex Appiano affertur. Ea hic eo minus ad- mitti potest, quod hoc verbum v. 655. 672. usitata armandi significa- tione dictum est. Sententia bona Wellauerus coniecerat βίαν δ' οὐτιν' ἐξοπλίζει. πᾶν ἄπονον δαιμονίων, quod recepit Paleius ita ut δαιμό- νιον scriberet. At id Aeschylus dixisset βίαν οὐτιν' ἐξοπλίζων, addi- dissetque δέ ad πᾶν. Sententiam perspexisse videtur Auratus: verum etiam si ἐξοπλίζει eo quo volebat significato dictum esset, tamen non indicativus praesentis, sed aut futurum aut optativus addito ἄν poni de- bebat. Quare adscito οὐτις, quoniam οὐτινα cum τὰν ἄπονον nullo modo coniungi potuit, scripsi βίαν δ' οὐτις ἐξαλύξει τὰν ἄπονον δαι- μονίων. Dictum est δαιμονίων ut apud Euripidem πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. Quod sequitur in libris ἤμενον ἄνω etiam si non repugna- ret metro, languidum esset ἤμενον, quum sequatur ἐδράνων ἐφ' ἄγνων. Itaque μνημον posui. Ἐμπας dixit, referendum ad βίαν τὰν ἄπονον. Postremo ἐφ' ἄγνων scribendum esse vidit nescio quis a Spanhemio memoratus et Wordsworthius, Homericam comparans, in Museo philol. I. p. 211.

93. Libri ἐς ἕβριν.

94. Libri οἶα.

95. δι' ἀμὸν M. G. E. Rob. ὁμὸν ex P. adnotavit Faehsius.

τὸ θάλλος M. G. Rob. τὸ θάλλος E. P. et ed. Porsoniana. Cor- rexit Bothius.

96. δυσπαραβούλοισιν φρεσὶν M. G. P. Rob.

97. μενόλιν M. G. Rob. μαινόλη E. Scholiastes, in cuius adno- tatione ἢ διάνοιαν pro καὶ διάνοιαν scribendum est, ambiguus erat utrum δι' ἄνοιαν an διάνοιαν scriptum fuisset. Παράνοια μαινόλις dicta Euripidi Or. 813.

98. ἄται, sed ut ι in rasura sit, M. ἄτα e correctione G. in quo prius ἄταν, ut Ald. Rob. Culpam suam sero cognoscunt, fuga nostra decepti.

99. ἀπάται, sed ut ι in rasura sit, M.

100. θρενομένα G.

Libri λέγων. Correxit Engerus in libello de carm. antistroph. Ae- schyli p. 72.